



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Confutata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

pavimento destituere, sed in obscuriorem aliquem ac sordidiorem angulum conjicere solent, ideo Edomitas itidem sibi spreto, cum loco ejusmodi vili comparavit, sicuti contra Ies. 22. 24. vir honoratus atque amplæ dignitatis, paxillo fixo in loco selectiore, atque è quo pretiosa quæque suspenduntur, confertur.

IX. Est illud verum, quod ad confirmandam hanc sententiam notavit Gatakerus, calceos, pulvere conspersos, vel luto contaminatos, & veteres quam maxime jam attritos, in locum sordidissimum quemvis temere abjici, juxta illud Luciani: Τα καινά τῶν ὑποδημάτων ἐν πρῆ τινι καὶ ἐπιμελείᾳ εἰσίν. ἐπειδὴν δὲ πατηθῆ ποδάκεις, καὶ ὑπὸ τῆ πλῆ ἀγῶπλασθῆ, ὑπὸ τῆ κλινῆ ρίπτου. Calcei, novi dum sunt, in æstimatione curaque sunt aliqua, at ubi sæpius calcati lutoque deformati fuerint, sub lectum alicubi projiciuntur. Sed David hic loqui videtur de vilibus ministeriis, quæ ipsi præstare Moabitæ & Idumæi bello devicti tenentur. Nam cum Moabum dicit esse suum pollubrum, non id dicit, se non pluris æsti-

Lucian.  
de Merc.  
Condu-  
ctis.

Q

mare

mare Moabum, quam in domo opulenta æstimari solet podoniptron, uti putavit eruditissimus Botius, sed Moabum vel pollubri vicem sibi præstare. Pariter, cum de Edomo dicit, *se in eum calceum projecturum*, non id dicit, se Edomum habere tanquam vilem aliquem locum, in quem calcei sordidi & veteres conjiciuntur, sed Edomum se habere tanquam servum, cujus opera in curandis calceis esset occupata.

Grot. ad  
Matth. 3.  
vs II.

X. Alia est viri illustris Hugonis Grotii sententia, David, inquit, Idumæo ait *se objecturum soleas, nimirum ut exutas auferat*. Hoc est enim quod βασιλεύς τὸ ὑπόδημα Matthæus dixit. Quod idem ministerium denotat τὸ λύσσει τὸ ὑπόδημα, Act. 13. 25. Sive τὸ ἰγγόντες τῶν ὑποδημάτων Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. & Job. 1. 27. ministerium scilicet servis vilissimis, mandari solitum. Paria

Grot. ad  
Ps. 60. 10.

notavit vir illustris ad verba Davidis: Idumæo extendam calceum meum, nempe ut eum mihi detrahat, ut viles servuli solent. Ex eodem

Coccej. ad  
Ps. 60. 10.

more hæc verba exposuit doctissimus interpres Johannes Coccejus: